

82 DE RER. DIV. ET ACQ. DOM.
habere videri potest. *l. in bonis. 52. ff. de A. R. D.*
l. si quis vi. 17. pr. ff. de acquir. possess. l. 143. ff.
de V. S.

CXV.

*An dominium benè dicatur & accipiatur
etiam rerum incorporalium, seu
juris?*

Minimè verò. Quia passim apud probatos
Juris Auctores observare licet, quod domi-
nii appellatione constanter utantur, pro signifi-
cando jure, quo res aliqua ipsa (non jus tantum
aliquod in re) alicujus esse dici potest. Ita nempe,
ut res, seu corpus, sit subjectum, cui accidunt
varia jura: Dominium, Pignus, Emphyteusis,
Superficies, Ususfructus, & alia quævis Servitus:
sic comparata, ut omnia dicantur esse in re; non
autem unum in alio: nec Dominium v. c. in Pi-
gnore, quâ pro jure, non pro re ipsâ, accipitur.
Sanè enim, si jus pignoris est in re, etiam domi-
nium, quod in jure pignoris est, in re esset. Atque
sic dominium in re oppignoratâ & debitoris &
creditoris esset: quòd tamen duorum esse non
potest. *l. si. ut certo. 5. §. ult. ff. Commodat. sed so-*
lius debitoris est; non creditoris. l. pignus. 9. C.
de pignor. Act. §. contra autem. 2. Inst. quibus alien.
lic. vel non, nec ullâ societate pignoris conjungi-
tur. l. iusto. 44. §. non mutat. 5. ff. de Vsurpat. Sic
Emphyteuta haberet dominium: qui tamen do-
minus non efficitur. l. 1. §. 1. ff. si ager. vectigal.
Superficiarius haberet dominium: cum tamen
ca,